

Sancti Hieronymi Stridonensis Opervm, Tomi ...

Continens Commentaria In Matthaevm, Et Epistolas Pavli Ad Galatas, Ad Ephesios, ad Titum & Philemonem, & librum Didymi de spiritu sancto a Hieronymo versum ... Ad Fidem Vetvstissimorvm Exemplarivm, Dvcentis Circiter Svblatis Erroribvs Emenda

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Didymi De Spirtv Sancto Liber Primvs, Divo Hieronymo Interprete.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75102](#)

DIDYMI ALEXANDRINI DE SPIRITU SANCTO LIBRI TRES,

ERUDITISSIMI PARITER ET SANCTISSIMI, A D. HIERONYMO LATINI-
TATE DONATI: ET A MARIANO VICTORIO REATINO SVBLATIS MANVSCRIPTO-
rum Gracorum, Latinorumque Codicum ope, aliquibus mendis, & Sacrae scripturæ
testimonys margni appositis, restituti.

DIVI HIERONYMI AD PAVLINIANVM FRATREM IN LIBRVM DIDYMI DE SPIRITU SANCTO P R E F A T I O .

CVM in Babylone versarer, & purpureat mere-
tricis esse colonus, & iure Quirinum viuerem,
volui garris aliud Spiritu sancto, & coptum
opusculum, eiusdem urbis pontifici dedicare: Et
ecce illa illa, que in Hieremias post baculum cer-
nitur à facie Aquilonis, caput ardere, & Phari-
seorum clamauit fenestræ, & nullus scriba vel
fictus, sed omnis, quasi indicio fibipralio doctrinarum, aduersum me
imperita factio coniurauit. Ilico ego velut postliminio Hierosolymam
sum reuersus, & post Romuliam, & Iudæam, duersorū
Mariae, & Saluatoris steluncam affecti. Itaque mihi Paulinianus frater,
qui a supradictis pontificibus Damasus, qui me ad hoc opus primus impul-
lerat, iam dormit in Christo: tam tu quām venerabilium mibi ancil-
larum Christi, Paula & Eudochia nunc adiutori oratu, canticum, quod
cantare non posui in terra aliena, hic a vobis in Iudea prouocatus im-

G

Cont. 4.c
Ioan. 4.2

Ioan. 4.2

H
Luc. 1.1

Ioan. 20.1

Hebr. 3.6

Psal. 95.

Act. 28.1

Ezra 6.6

A& 1.1

Ezra 1.1

A& 1.1

DIDYMI DE SPIRITU SANCTO LIBER PRIMVS, DIVO HIERONYMO INTERPRETE.

QMNIBVS quidem, quæ diuina sunt, cum
reuerentia & vehementi cura oportet in-
tendere, maximè autem his quæ de Spir-
itu sancti diuinitate dicuntur, presertim
cum blasphemia in eum sine venia sita
vt blasphematis poena tendatur non solum in om-
ne præsens sæculum, sed etiam in futurum. Ait quip-
pè Saluator, blasphemanti in Spiritum sanctum nō
esse remissionem neque in ijsco seculo, neque in futuro.
Vnde magis ac magis oporteret intendere, quæ scriptu-
rarum de eo relatio sit: ne in aliquem saltem per ig-
norantiam blasphemiae error obrepat. Expedierat
quidē fideli & timido moderanti vires suas, magni-
tudinem præsentis quæstionis silentio præterire, &
rem plenam periculo, non in suum discrimen attrahere.
Verum quoniam quidā temeritate potius quæ-
retha via etiam in superna eriguntur, & hæc de Spir-
itu sancto iæstitant, quæ neq; in scripturis lecta, neq; à
quoquam Ecclesiasticorum veterum usurpata sunt,
compulsi sumus celeberrimæ exhortationi fratrum
cedere: quæque sit nostra de eo opinio, etiam scri-
pturarū testimonijs comprobare: ne imperitia tanti
dogmatis, hi qui contraria opponunt, decipient eos
qui sine discussione sollicita, in aduersariorum sen-
tentianam statim pertrahuntur. Appellatio Spiritus
sancti, & ea quæ monstratur ex ipsa appellacione
substantia, penitus ab his ignoratur, qui extra Sa-
cram scripturam philosophâtur. Solummodo enim
in nostris literis, & notio eius, & vocabulum re-
fertur, tam in nouis, quā in veteribus. Veteris quippe
testamenti homo David, particeps eius effectus, ora-
bat ut in se permaneret, dicens: *Spiritus tuum sanctus
ne aferas a me.* Et Danieli adhuc puero suscitasse di-
cirur Deus Spiritum sanctum, quasi iam habitantem
in eo. Nec non etiā in novo testamento, hi viri, qui

Deo placuisse referuntur, Spiritu sancto pleni sunt.
Ioannes quippe adhuc in matris vtero sanctificatus
exultat. Et Iesus à mortuis resurgens, cùm in sufflasset
in facie discipulorū, ait: *Accipite spiritum sanctū.* Ple-
na sunt volumina diuinarum scripturarū his sermo-
nibus, quorum congerie in præsenti opere digerere
superfici: quia difficile non est ex his, quæ assumpsi-
mus, vnumquemq; lectorē sibi similia reperiire. Ne-
mo autē suspicetur alium Spiritum sanctū fuisse in
sanctis viris ante adventū Domini, & alium in Apo-
stolis ceterisq; discipulis, & quasi nomina indifferē-
tibus esse substantijs. Possimus quidē testimonia de
diuinis litteris exhibere: quia idē spiritus & in Apo-
stolis & in Prophetis fuerit. Paulus in epistola, quam
ad Hebreos scribit, de psalmorū volumine testimo-
nium proferens, ab Spiritu sancto id dictum esse cō-
memorat. Et sicut dicit hic Spiritus sanctus: *Hodie si
vocab eum audieritis, nolite obdurare corda vestra, &c.*
In fine quoq; Actuum Apostolorū cum Iudeis dis-
putans, ait: *Sicut spiritus sanctus locutus est per Esaiam
Prophetam ad patres nostros, dicens: Auditione audi-
tis, & non intelligetis. Neq; enim Paulus alium habet
spiritum sanctum, haec de eo scripsit, qui in prophe-
tis ante adventum Domini alius fuit: sed de eo cuius
& ipse particeps fuit, & omnes qui in fide consum-
matæ virtutis ferebantur. Vnde & cum articulo eius
meminit, quasi solitarium, & vnum esse contestans:
vbi dicit non simpliciter *mēlēa ἀγνῶν*: hoc est, Spiritus
sanctus: sed cum additamento articuli *τὸν mēlēa ἀγνῶν*:
hoc est, hic Spiritus sanctus. Et Esaiam prophetasse
cōmemorat cum articulata voce *Ἄγε τὸν mēlēa ἀγνῶν*:
id est, per hunc Spiritum sanctum, & non simpliciter
mēlēa ἀγνῶν. Petrus quoque in eo sermone, quo præ-
sentibus persuadebat: *Oportuerat, inquit, impleri scri-
puram, quam locutus est spiritus sanctus (id est τὸν mēlēa
ἀγνῶν)**

E

Hier. 1.1

F

Matt. 12.1

Psal. 150.1

Dan. 13.6

A *ἀπὸ περὶ οὐρανοῦ ἀπόδειξης* *per os David de Iuda*, ostendens & ipse eundem spiritum, & in Prophetis & in Apostolis operatum. Plenius de hoc in consequentibus tractabimus: cum dicere coepimus, non solum Dominum verbū factum esse ad prophetas, sed & Spiritum sanctū: quia & inseparabiliter possiderur, cū vnigenito filio Dei. Ipsa vox Spiritus sancti, non est vacua appellatio: sed subiacens essentiæ demonstratrix: patri filio que socia, & à creaturis penitus aliena. Cum enim creatura in visibili & inuisibili: id est, in corporalia & in incorporalia partantur: nec de corporalibus substantijs est Spiritus sanctus, anima & sensus habitator, sermonis & sapientiae & scientiae effectus: nec de inuisibilibus creaturis. Hęc quippe omnia, sapientia & carerarum virtutū, & sanctificationis capacia sunt. Ita vero substantia, de qua nunc sermo est, sapientia & scientia & sanctificationis effectrix est. Neque enim inueniri potest aliqua in spiritu sancto fortitudo, aut operatio sanctificationis, virtutisque, quā ab extraneo quodam sustineat: quia istiusmodi natura mutabilis est. Porro spiritus sanctus, confessione omnium immutabilis est sanctificator, scientia diuina, & vniuersorum attributor bonorum: & ut breuius dicam, ipse substantiens in his bonis, quae à Domino largiuntur. Nam eudem euangelij locum Matthæus Lucasque describens: alter ex his ait: Quanto magis pater caelstis dabit bona perentibus se? Alter vero: Quanto magis pater vester caelstis dabit spiritum suum sanctum perentibus se? Ex quibus apparet spiritum sanctum plenitudinem esse donorum Dei, & ea quae diuinitus administrantur, non absque eo substantere: quia omnes virtutes, quae ex donorum Dei gratia suscipiuntur, ex isto fonte deminantur. Quod autem substantialiter bonum est, non potest extranea capax esse bonitas: cum ipsum tribuat careris bonitatem. Igitur manifestum est, non à corporalibus tantum: sed & ab incorporalibus creaturis extraneum esse spiritum sanctum: quia careræ substantiæ hanc substantiam sanctificationis accipiunt: iste vero non tantum est capax sanctificationis alienæ, sed insuper attributor est, & creator. Denique qui communione eius fruuntur, participes dicuntur spiritus sancti, sanctificati utiq; ab eo. Perspicue enim scriptum est, quod spiritui gratia, in quo sanctificatus est, contumeliam faciens, graui punietur peccato. Si autem sanctificatus est per communione spiritus sancti: ostenditur quod ipse participes eius fuerit, & largitor sanctificationis spiritus sanctus. Apostolus quoque ad Corinthios scribens, & enumerans eos qui regnum celorum sunt consecuti, addit dicens: *Et haec quidem fuisti: sed abluti es, sed sanctificatus es, sed iustificatus es in nomine Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri.* Spiritum Dei non alium afferens esse quam spiritum sanctum. Etenim in consequentibus idem approbat, dicens: *Nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu: & nemo dicit Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto:* spiritum Dei, spiritum sanctum esse confirmans. Si igitur sanctificator est: non mutabilis, sed immutabilis substantia ostenditur. Immutabilem autem substantiam Dei tantum, & vnigeniti filii eius, manifestissime tradunt diuina eloquia: conuertibilem & mutabilem omnem creaturarum substantiam predicantia. Ergo quoniam substantia spiritus sancti non conuertibilis, sed inconuertibilis demonstrata est: non erit creatura *ἐργάσις*. Eset quippe & creatura immutabilis, si cum patre ponetur & filio, eandem habens in conuertibilitatem. Omne enim quod alieni boni capax est, ab hac substantia separatur. Tales autem sunt cuncta creature: Deus vero cum bonus sit, fons & principium bonorum est: Facit igitur eos bonos, quibus se impertit, bonus ipse non factus ab alio, sed subsistens: ideo capabilis, non capax. Vnigenitus quoque filius, eius sapientia & sanctificatio, non fit sapiens, sed sapientem facit: & non sanctificatur, sed sanctificat. Vnde & ipse capabilis est, & non capax. Cum igitur inuisibilis creatura, quam rationabilem & incorpoream substantiam vocari consuetudinis est, non sit capabilis, sed capax (si enim capabilis est, nullius boni capax est, per se simplex ipsa subsistens,) & alterius boni receptatrix, participatione habeat bonum: & non de his quae habentur ab alijs, sed de his quae habent alia intelligatur (patre & filio habitus magis quam habentibus: creatura vero habente, & non habita) de spiritu quoque sancto retrahemus: Et si quidem ipse quoque participatione alterius sanctimoniam sanctus est, connumeretur careris creaturis. Si vero sanctus facit capaces sui, cum patre ponatur & filio. Quod autem ab alijs capti spiritus sanctus, & non alia capiat: & nunc & in seculum volumine, prout potuimus, expressimus: & ex omni scriptura sermone nostrum affirmare facile est. Beatus quoque apostolus ad Ephesios scribens, ait: *In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostra.* Si enim signantur quidam spiritu sancto, formam & speciem eius assumentes: ex his est spiritus sanctus, quae habentur & non habent, habentibus illum signaculo eius impressis. Ad eosdem quoque idem scribens: *Nolite, inquit, contristari spiritum sanctum, in quo signati estis:* signatos esse contestans eos qui suscepserant communione spiritus sancti. Quomodo enim discipline & virtutis assumptio, signaculum & figuram (vt ita dicam) in suum sensum recipit eius scientia, quam assumpsit: sic & is qui spiritus sancti particeps efficitur, per communionem eius fit spiritualis pariter & sanctus. Ipse spiritus sanctus, si unus de creaturis esset: saltem circumscriptam haberet substantiam, sicut vniuersa quae facta sunt. Nam & si non circumscribantur loco & finibus, inuisibilis creatura: tamen proprieate substantiae finiuntur. Spiritus autem sanctus, cum in pluribus sit, non habet substantiam circumscriptam. Mittens quippe Iesu predicatorum doctrinam suam, repleuit eos spiritu, & insufflans in faciem eorum: *Accipite, inquit, spiritum sanctum: & euntes, docete omnes gentes:* quasi cunctis gentibus mitteret. Neque enim omnes apostoli, ad omnes gentes pariter sunt profecti: sed quidam in Asiam, quidam in Scythiam, & alij in alias dispersi nationes: secundum dispensationem illius, quem secum habebant, spiritus sancti: quomodo & dominum dicentem: *Vobis sum omnibus diebus usq; ad consummationem saeculi.* His & illud congruit: *Accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis testes mihi in Hierusalem, & in omni Iudea & Samaria, & usque ad extremum terrae.* Si ergo hi in extremis finibus terrae ob testimonium domini constituti, distabant inter se longissimi spacijs: aderat autem eis inhabitator spiritus sanctus, incircumscripsum habens substantiam: demolitur angelica virtus ab hoc profus aliena. Angelus quippe qui aderat (verbi gratia,

Matt. 7. b
Luc. 11. b
Soc. Gra

B
Hebr. 10. f
1 Cor. 6. c
1 Cor. 12. a

D
Matt. 11. 15
Eph. 4. 14

Aposto-

E Apostolo in Asia oranti) non poterat simul eodem tempore adesse alijs in cæteris partibus mundi constitutis. Spiritus autem sanctus non solū se iungit a se hominibus praesto est, sed & singulis quibusq; angelis, principatibus, thronis, dominationibus inhabitator assistit: & vt homines sanctificas, alterius quam sunt homines est natura: sic & alias creaturas sanctificans, alijs ab eum est substantia: quoniam omnis creatura non ex sua substantia, sed ex communione alterius sanctitatis, sancta perficitur. Disti sunt quidem sancti angeli, in Euangelio Saluatore dicente, venturum esse filium hominis in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum. Et Cornelius in Actibus Apostolorum a sancto angelo scribitur accepisse responsum, vt Petrum ad se Christi discipulū vocaret. Verum sancti sunt angelī participatione spiritus sancti, & inhabitatione vni geniti filii Dei, qui sanctitas est, & communio patrii. De quo Salvator ait: *Pater sancte.* Si igitur angelī non ex propria substantia sancti sunt, sed ex participatione sancte trinitatis: alia angelorum ostenditur à trinitate esse substantia. Ut enim pater sanctificans, alijs est ab his qui sanctificantur: & filius est alijs ab his quos efficit sanctos: ita & spiritus sanctus alterius est substantia ab his quos sui largitione sanctificat. Si vero hæretici proposuerint, ex natura conditionis suæ angelos sanctos esse: consequenter coguntur dicere *euangeliz.* esse trinitati, & inconvertibiliter eos iuxta substantiam sanctorum esse. Si autem hoc refugientes, dixerint vniuersi quidem natura esse cum cæteris creaturis: non tamen eandem habere sanctitatem, quam homines habent: necessariò deducuntur, vt dicant multo melioris homines esse substantia: cum hi per communionem trinitatis habeant sanctitatem: & angelī propria natura sancti ab ea sint alieni. Sed vota sunt hominum perfectorum, & ad consummationem sanctitatis venientium, æquales angelis fieri. Angelī quippe hominibus, & non homines angelis auxilium tribuunt: ministrantes eis salutem, & annunciantes eis largiora Dei beneficia. Ex quo liquidò ostenditur, honorabiores & multo meliores esse angelos hominibus, per germaniorem, vt ita dicam, & pleniorē trinitatis assumptionem. Quapropter cum alijs sit spiritus sanctus ab his quæ ipse sanctificat: non est vniuersi natura cū cæteris creaturis, quæ cum recipiunt. Si autem alterius est natura à creaturis, & in propria substantia essentia: increatus & ineffactus ostenditur. Multæ scripturæ sunt, quæ sine ambiguitate conuincant, alterius cum à cunctis conditionibus esse natura. Quidam etiam spiritu sancto pleni esse dicuntur: nemo autem sive in scripturis, sive in consuetudine plenus creatura dicitur. Neque enim aut scriptura sibi hoc vendicat, aut sermo communis: vt dicas plenum esse quempiam angelo, throno, dominatione: soli quippe diuinæ naturæ hic conuenit sermo: dicimus autem virtutis & disciplinæ quodam esse plenos: vt illud: *Repletus est spiritu sancto:* non aliud significantes quam plenos esse consummatæ atq; perfectæ virtutis. Scriptum est de Ioanne: *Et spiritus sanctus in ipso implebitur adhuc ex utero matris sue.* Et iterum: *Replete est spiritu sancto Elizaberh.* Et post alia. *Et spiritus sancto repletus est Zacharias pater eius.* Haud dubium, quin & Ioannes prophetauit. Necnon in Actibus Apostolorum de multis credentibus qui in vnum conuenerant refertur: Replati sunt spiritu sancto. Cum autem participabilis sit spiritus sanctus,

ad similitudinem sapientiae ac disciplinæ, non in cassis nominibus scientia substantiam possider: sed per naturam sanctificantem, & implantem bonis variis bonus ipse subsistit: iuxta quam & repleti quidem spiritu sancto esse dicuntur, vt in Actibus Apostolorum scriptum est: *Et repleti sunt omnes spiritu sancto:* & loquebantur verbū Dei cum fiducia. Quomodo enim qui aliqua disciplina plenæ est, quia perfectè cam habet, eruditè & subtiliter potest de ea proferre sermonem: sic qui spiritu S. consummatè acceperint, ita vt impleatur eo, cum fiducia verbū Dei loquuntur: quia præsens spiritus S. digna Deo vocem ministrat. Hinc quidam cum supercilie ait: hæc dicit spiritus S. Et Apostolus: *Sed implemini,* inquit, *spiritu S.* Et in multis locis Actuum Apostolorum, pleni sive spiritu sancto discipuli Domini scribuntur. *Considerate ergo fratres viros ex vobis testimonium habentes septem, plenos spiritu sancto & sapientia.* Et de Stephano: *Cum autem plenus esset spiritu sancto, intuens in celum, vidit gloriam Dei, & Iesum sanctum à dextris Dei.* Et de electionis vase dicitur. *Salus autem, qui & Paulus plenus spiritu sancto, intuens in eum, ait.* Et in commune de vniuersis credentibus annotatur. *Discipuli quoque replebantur gaudio, & spiritu sancto.* Angelī autem præsentiæ, sive aliquis alterius excellentis naturæ, quæ facta est, non implet mentem atq; sensum: quia & ipsa aliunde completer. Quomodo enim ex plenitudine quis accipiens Salvatoris, plenus efficitur sapientia, & virtute, & iustitia, & sermone Dei: sic qui spiritu sancto plenus est, statim vniuersis donationibus Dei repletur, sapientia, scientia, fide, ceterisque virtutibus. Qui igitur implet vniuersas creaturas (quæ tamen possunt virtutem & sapientiam capere) non est ex his quæ ipse complet. Ex quo colligitur alterius eum esse substantia, quam sunt omnes creaturæ. Diximus & alibi: quia superintelligatur in sancti spiritus substantia etiam plenitudo munerum diuinorum. Deniq; impossibile est gratiam Dei sortiri quempiam, si non habeat spiritum sanctum: in quo approbamus cuncta Dei dona consistere. Quod vero is qui habeat eum, sermonem quoq; sapientia, & reliqua bona perfectè consecutus sit, & nunc manifeste sermo demonstrat, & paulò ante diximus substantiam bonorum spiritum sanctum esse, cum possumus exemplū: *Dabit pater spiritum sanctum petentibus, & dabit pater bona petentibus se.* Nec existimare debemus spiritum sanctum secundum substantias esse diuisum, quia multitudo bonorum dicatur. Impassibilis enim, & indiuisibilis, atq; immutabilis est: sed iuxta differentes efficientias & intellectus, multis bonorum vocabulis nūcupatur: quia participes suos non iuxta vnam eademque virtutem communionei sui donet, quippe cum ad utilitatem vniuersitatis apertus sit, & repletus bonis eos, quibus iudicat se adesse debere. Deniq; Stephanus primus ille testis veritatis, & dignus suo nomine, plenus sapientia & spiritu sancto dictus est, sapientia consequenter superintellecta, commorante in eo spiritu sancto, sicut loquitur scriptura: *Et elegerunt Stephanum plenum fidei spiritu sancto & apostoli.* Et: *Stephanus autem plenus gratia & virtute faciebat prodiga & signa magna in populo.* Et adhuc de eodem: *Et non valebant resistere sapientie & spiritui qui loquebatur in illo.* Plenius enim spiritu sancto vir beatus, & fidei effectus est particeps, quæ ex spiritu S. venit, iuxta illud: *Alij autem fides in eodem spiritu.* Et gratiam atq; virtutem, iuxta eundem

ibidem.

Ephes. 5.
Act. 6. a

Ibid. 7. 8

Ibid. 13. b

Ibid. 8

H

Luc. 11. b
See. Grec.
Matt. 7. b

Act. 7. 8

Ibid. 6. b
Ibid. c

Ibidem.

spiri-

M. 7. 8.

A *spiritum habens, signa & prodigia magna faciebat in populo. Necnon & illis donationibus secundum eundem spiritum affluebat, quae vocantur curationum gratiae, atque virtutes. Et haec enim in enumeratione donorum Dei, in spiritu & secundum spiritum, in prima Apostoli Pauli epistola ad Corinthios collocantur. Intantum autem Stephanus diuina gratia abundabat: ut nemo contradicent, & eorum qui aduersus eum disputationabat, valerent resistere sapientia, & spiritui qui loquebatur in illo: Erat quippe è spiritu sancto sapiens. Vnde & ad discipulos suos Iesu perspicuè proclamat: Cum introducti fueritis ad principatus, & potestates, & cōsilias, & synagogas, nolite esse solliciti quid vos oporteat dicere: aut quid loquamini in illo tempore. Dabitur enim vobis à spiritu sancto sermones sapientiae, quibus non queant contradicere, ne hi quidē qui vehementer in disputationibus callent. Sed ponamus ipsum testimonium, quod ita contexitur: *Cum autem introducerint vos in synagogas ad principatus & potestates, nolite solliciti esse quo modo, aut quid respondatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in eadē hora, quae oporteat dicere.* Et in alio Euangelio: *Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodum respondeatis: Ego quippe dabo vobis os & sapientiam, cui non valeant contradicere, aut respondere.* Spiritu vero sancto tribuente Apostolis verba aduersus eos qui Euangelio contraibant, dilucide ostenditur in substantia eius superintelligi sapientia & scientia sermonem. Quo modo autem Saluator in illa hora os & sapientiam discipulis largiatur, quibus contradicere non queant, ne hi quidē qui apud homines eloquentissimi putantur, nō est huius temporis differere: quia nunc propositum ostendere superintelligi semper in spiritu sancto dona virtutū, ita ut is qui cum habet, donationibus Dei plenus habeatur. Vnde & in Esaia ipse Deus cuīdam dicit: *Ponam spiritum meum super fēmen tuum, & benedictiones meas super filios tuos.* Nunquam enim accipit quisquam spirituales benedictiones Dei, nisi praecesserit spiritus sanctus. Qui enim accepit spiritum sanctum, consequenter habebit benedictiones, id est, sapientiam, & intellectum, & cetera, de quibus ita scribit Apostolus: *Propter hoc & nos, ex quo die audiūmus, non cessamus orantes pro vobis, & deprecantes ut impleamini cognitione voluntatis eius in omni sapientia, & intelligentia spirituali, ambulantes dignē Deo.* Eos enim qui dignē sibi per opera, & sermones, & prudentiam incedunt, impleri ait voluntate Dei, ponentis super eos spiritum sanctum: ut impleantur sapientia & intellectus, & reliquis spiritualibus bonis. Sapientia autem & intellectus, quae in spiritu sancto sunt, à Deo dantur. Dominus, inquit, *dabit sapientiam: & a facie eius sapientia & intellectus procedit:* cum ea sapientia, quae ab hominibus venit, non sit spiritualis, sed carnæ & humana. De hac itaq; Apostolus scribit: *Non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in mundo: carnalem sapientiam dicens, quae in rebus corporeis ex humano subtiliter cogitat. Porro spiritualis sapientia & intellectualis, circa inuisibilia & intellectuala se tenens, per operationem spiritus sancti capientibus se, sui presentiam tribuit. In multis quoque alijs locis Apostolus memorat in spiritus sancti substantia Dei munera commorari, sicut in illo: Deus autem sp̄i repleat vos omni gaudio & pace in credendo: ut abundetis in sp̄e, & virtute spiritus sancti.* Deus autem largitor bonorum, spēm quam promisit reddet in virtute spiritus sancti, his qui habēt illum: gaudio & pace cōplet eos, qui imperturbatam & sedatam cogitationem possidentes, letas habent mentes, & ab omni perturbationum tempestate tranquillas. Qui autem in virtute spiritus sancti prae dicta bona fuerint consecuti, etiam rectam fidē in trinitatis mysterio consequentur. In alio quoque loco eiusdem epistolae: *Non est, inquit, regnum Dei cibus & potus: sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu S.* In spiritu enim sancto iustitiam, viuensam virtutem, & quam supra diximus pacem, Dei gaudio copularam esse afferens, his qui se audire poterant, manifestissimè probat: nō alia haec bona quam spiritus sancti esse substantiam. Cū ergo haec bona ex largitione spiritus sancti ad homines veniant: vocatio gentium, quam introduxit per doctrinā euangelicā, acceptabilis & sanctificata redditur in spiritu sancto: quia & in hac sanctificatos & acceptos faciens spiritus sanctus, substantia est bonorum Dei. Et qui illo plenus est, viuens irreprehēsibiliter: signa atq; portenta verē perfecte, demonstrans. Habet enim fortitudinem spiritus S. praestantē sibi thesaurū, & causam plenitudinis omnium bonorum. Nout Petrus discipulus Domini Iesu, largitione spiritus S. donorum Dei esse naturā. Ait quippe ad eos qui obiurgabāt introitū suum ad Cornelium. Si itaq; æquale gratia dedit illis Deus, præbens spiritum sanctū, quonodo & nobis in principio: *ego quis eram, qui possem prohibere Dominum?* Et insuper ad suos: *Agitor, inquit, cordum Deus, testimonium tribuit eis, datum spiritum sanctum sicut & nobis: & nihil discrevit inter nos & eos, sicut mundans corda eorum.* In hūc sensu congruit etiā illud quod in multis locis dicitur, spiritum sanctum dari à domino. *Iacob puer meus, suscipiat eū: si rael elephas meus, suscipiet eū anima mea: dedit spiritū meū in eo.* Et adhuc: *Qui dat afflatum populo constituto super eam (haud dubiū quia terra) & spiritū calcitib⁹ eam.* Ostendimus aut supra non alii esse spiritū Dei, & alii spiritū S. Paulus quoque: *Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordib⁹ vestris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Et illud: *Quanto magis pater vester et̄ filius dabit spiritum sanctum petentibus se.* Ille autem spiritus effusus quoq; esse à Deo super omnē carnem dicitur: ut prophetent, & visiones videant, qui cum acceperint, secundum Ioclem, qui ex persona Dei loquuntur: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiae vestre.* Effusio quippe spiritus, causa extitit prophetandi, & videndi sensum pulchritudinem, veritatis. Ipsum quoq; effusionis nomen, incretam spiritus sancti substantiam probat. Nec enim Deus cum angelum mittit, aut aliā creaturam: effundam dicit de angelo meo, aut principatu, aut throno, aut dominatione. In solis quippe his, quae ab alijs participantur, hic sermo consentit: sicut & nunc paulo ante de charitate Dei diximus: quae effusa est in cordibus eorum qui spiritum sanctū receperunt. *Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus vestris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Saluator quoque, quia & ipse capabilis est, in similitudinem quoque vnguenti effusus dicitur: *Vnguentum effusum nomen tuum.* Nam & vnguentum quod vase continetur, habet quidem odoris substantiam: sed prohibetur longius spargi, quia vase intrinsecus clauditur: cum autem vas foris fuerit effusum, emitit procul benevolentiam suam: ita Christi nomen*

A
1. Cor. 12. a

Matt. 10. b

Luc. 21. b

B

Esaia 44. Sec. 70.

Col. 1. b

Prov. 1. a

2. Cor. 1. c

Rom. 15. c

c

Rom. 14. c

43. u.

D
Esaia 43.
Sec. 70.
Iacob 1. 2.
Rom. 14. 4.
Luc. 12. 12.
Sec. 70.
Rom. 14. 8.
Col. 1. 1.

1. Cor. 1. 1.

